RESPONSVM CONVENTVS TRIVM ORDINVM *DVCATVS BVRGVNDIÆ*,

de edicto pacis nuper in cauſa religionis factæ, ad Chriſtianiſsimum Galliarum Regem Carolum Nonū
Anno 1563.



CRACOVIAE
Anno Domini
1564.

RESPONSVM CONVENTVS trium Ordinum Ducatus Burgundiæ, de edicto pacis nuper in cauſa religionis factæ, ad Christianiſsimum Galliarum Regem Carolum IX. Anno 1563.

POSTEAQVAM, Rex Chriſtianiſsime, Senatui in curia Burgundiæ redditæ ſunt literæ, quę declarabant ea, quæ acta fuerant pro pacandis & ſedandis tumultibus, in hoc regno propter Religionem excitatis, cum alia tua epiſtola clauſa & obſignata, quæ apertis & diſertis verbis iubebat, vt nulla modificatione adhibita nec reſtrictione, illæ publicarentur: tuæ curiæ Senatores, tui in adminiſtranda iuſtitia fideliſsimi & obedi-

bedientiſsimi miniſtri, ſæpe conue-
nerãt, deliberaturi & cõſultaturi de
eo, quod eſſet faciendum ad pacem
conſeruandam, vt tua fert volũtas,
& quod maximi ſit momenti ad ſta
tum regni tui. Cumq́ eæ literæ, eo
tempore eſſent allatæ, quo trium or
dinum conuentus totius huius regi-
onis Burgundiæ congregatus erat
Diuionis, qui hac in re ex veteribus
ſuis priuilegijs, de plurimis ijſq́ gra
uiſsimis Senatum admonendum cu
rarunt: mihi ea omnia referẽdi mã-
datum eſt negocium, & nonnulla q̃
ad hanc rem etiam pertinent, addu-
cta ab Archiepiſcopo Biſuntino: vt
omnibus intellectis, id ſtatuas, q̃d ti
bi viſum fuerit. Cui quidem pro no
ſtro ad tuendum & conſeruandum
Chriſtianiſsimi tui regni ſtatum de-
dicato animo vt pareamus, ſedulo
dabimus operam.

Abſit Rex Chriſtianiſsime, vt cre-
das, nos poſt tot mala, quæ paſsi ſu-
mus in bello, propter religionis con
trouerſiam hoc in regno exortam,

pacem

pacem velle repudiare. Vtinam ze/
lus quem multi habuerunt, ſed, iux
ta Apoſtolum, non ſecundum ſcien
tiam, non fuiſſet adeò acris & mor/
dax, & vtrinq; fuiſſet plus ſuauis il/
lius auræ, in qua Elias non quæſitũ
inuenit Deum: non eſſent profectò
tam multa, de quibus quereremur,
nec tu tam multa videres, quæ tua
opus habent miſericordia: nec Re/
gina mater tua, clementiſsima no/
ſtra domina, ſuæ & tuæ amplitudi/
ni tam multa creari cerneret pericu
la. Sed cum Deo opt. max. viſum
ſit vt ea pateremur, nos eum lauda/
mus: & quàm maximas tibi agimus
gratias, quòd tuam contuleris miſe
ricordiam ad nos pacificandos, & æ/
quis oculis eos aſpiciendos, à quib⁹
te fuiſſe offenſum apertè ſignificaue
ras. Conuentus trium Ordinum
tuæ Burgundiæ, exiſtimant pacifi/
cationem in hoc potiſsimum conſi/
ſtere: cui tantum abeſt vt nitantur
aliqua ratione repugnare, vt maxi/
me lætentur, & hoc nomine maxi/

me cõmendent tuam benignitatem & clementiam: sperant fore, vt intra breue tempus apertas videant omnes vrbes, quæ tibi clausæ fuerant, & eas maxime, in quibus collocati erãt veteres regni tui hostes. Nec per eos stabit, quo minus nos mutuo amemus & complectamur, cum in hac abolitione, Dei contemplemur bonitatem, in hac tua tenera ætate relucentem, quæ vt speramus, replebit & cumulabit tuos annos summa felicitate. Atq; quod ad pacem quidem attinet, ita affecti sunt, vt dixi, eorũ animi: sed in hoc, ô Rex Christianissime, maxima cõsistit difficultas, quòd in tuis literis concedas ijs, qui se à nobis separauerunt, vt ad suam exercendam religionem habeant certa loca, quæ tu ijs definiisti. Eo certe audito, trium Ordinum conuentus fuit valde stupefactus, & veluti attonitus, vt qui iudicauerit hanc locorum designationem sibi certum adferre exitium: nec fieri posse, vt ita maneant, & ita

se con-

ſe contineant, quin plane peſſundetur & omnino euertatur eorum ſtatus. Quo factum eſt, vt magnis vſi vociferationibus, tuo Senatui graues ſuas querelas expoſuerint, quas ego eius mandato fideliter ſum relaturus.

Primum quidem à Senatu ſupplices contenderunt, vt tibi ſignificaret, ſe apertè declarare, ſe tuo imperio & ditiōi ſubiectos eſſe velle ſemper, tuam obſeruare maieſtatem, cōgruenter ei quam tibi iurarunt fidelitati, et vt decet eos, qui tāto ſunt honore dignati, vt membra eſſent eius nationis, quæ inter Franciæ pares primum locum tenet, quam perpetua ſua fide ſibi integram conſeruarunt. Ea itaq; qua par eſt humilitate, obedientia & demiſsione, à te vti bono eorum rege & patre, per Ieſu Chriſti patrem omnipotentem ſupplices petunt, ne ægre feras, ſi à Senatu poſtulauerint, vt eius Declarationis differatur publicatio, &, ſi in præſentia quàm poſſunt humili-

Dux Burgūdiæ eſt primꝰ ex omnibus paribus Franciæ: de laicis loquor, nā de Ecclesiaſticis primꝰ eſt Archiepiſcopus Rhemenſis.

 me &

me & moderatiſsime de ea re apud te ſuam exponant admonitionem: cum exiſtiment ſalua ſua & integra conſcientia, qui in baptiſmo iuraue runt vnionem eccleſiæ, ſe non poſſe nec debere pati, vt populi, quem ab ea vnione credunt eſſe ſeparatum, li berè ante ſuos oculos conueniat cœ tus, ad deſtruendam & euertendã eccleſiam ædificatam ab Apoſtolis.

Propoſitio. In ea autem re ſunt tibi propoſituri quatuor incommoda, ex quibus vnum ad te pertinet ô Rex Chriſtianiſsime, quem omnium ordinum facile agnoſcunt principem: alterum ad eccleſiam: tertium ad nobiles: & quartum ad tertium ordinem, nempe ad plebem. Quæ omnia incommoda vt ab eis fuerunt expoſita, quàm breuiſsime potero tibi referam.

Primũ incommodũ ex diſpari religione in regno, Re- Et primum quidem quod ad te attinet, Rex Chriſtianiſsime, an nondum tibi venit in mentem eius, quod Iouinianus Imperator olim ſuis dixerat militibus, quando poſt mortem Iuliani apoſtatæ fuerat electus

ab eis

ab eis Imperator: nempe, se nō pos/ sene nec debere imperare, nisi Christi anis. Præclarum sanè dictum, & magno Christianissimoq; Monarcha dignum, qui pulchrè intelligebat, qd/ nam sit imperare. Cum enim is, qui paret imperio alterius, in suū Prin/ cipem non possit ferre legem: fieri potest, vt is qui paret, sit Christia/ nus, Princeps autem non sit: Sed cū in Principis potestate sit ferre legē, fieri non potest nec debet, vt Prin/ ceps Christian⁹ alios habeat sibi sub iectos, quàm qui sint eiusdem, cuius est ipse religionis: quod quidem po test euidentissime cognosci ex serie vniuersæ historiæ. Nam, vt D. te/ statur Augustinus, ab initio Eccle/ siæ Catholicæ & Apostolicæ, (q̃d su mendum est à die, quo missus fuit Spiritus s.) ad id vsq; tempus, quo templa idolorum euersa sunt & di/ ruta, intercesserunt trecenti & sexa ginta sex anni, nempe vsq; ad consu latum Honorij & Eutychiani, vt re fert Prosper Chronicorum scriptor

gem feriens ostenditur.

Christianum principem nō debere diuersitatē religionis in regno ferre.

Tempus extinctorum plane idolorum.

me & moderatiſsime de ea re apud te ſuam exponant admonitionem: cum exiſtiment ſalua ſua & integra conſcientia, qui in baptiſmo iurauerunt vnionem eccleſiæ, ſe non poſſe nec debere pati, vt populi, quem ab ea vnione credunt eſſe ſeparatum, liberé ante ſuos oculos conueniat cœtus, ad deſtruendam & euertendã eccleſiam ædificatam ab Apoſtolis.

Propoſitio. In ea autem re ſunt tibi propoſituri quatuor incommoda, ex quibus vnum ad te pertinet ô Rex Chriſtianiſsime, quem omnium ordinum facile agnoſcunt principem: alterum ad eccleſiam: tertium ad nobiles: & quartum ad tertium ordinem, nempe ad plebem. Quæ omnia incommoda vt ab eis fuerunt expoſita, ꝗ̃ breuiſsime potero tibi referam.

Primũ incommodũ ex diſpari religione in regno, Re- Et primum quidem quod ad te attinet, Rex Chriſtianiſsime, an nondum tibi venit in mentem eius, ꝙd Iouinianus Imperator olim ſuis dixerat militibus, quando poſt mortem Iuliani apoſtatæ fuerat electus

ab eis

ab eis Imperator: nempe, se nō posse nec debere imperare, nisi Christianis. Præclarum sanè dictum, & magno Christianissimoq; Monarcha dignum, qui pulchrè intelligebat, qdnam sit imperare. Cum enim is, qui paret imperio alterius, in suū Principem non possit ferre legem: fieri potest, vt is qui paret, sit Christianus, Princeps autem non sit: Sed cū in Principis potestate sit ferre legē, fieri non potest nec debet, vt Princeps Christianus alios habeat sibi subiectos, quàm qui sint eiusdem, cuius est ipse religionis: quod quidem potest euidentissime cognosci ex serie vniuersæ historiæ. Nam, vt D. testatur Augustinus, ab initio Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ, (q̄d sumendum est à die, quo missus fuit Spiritus s.) ad id vsq; tempus, quo templa idolorum euersa sunt & diruta, intercesserunt trecenti & sexaginta sex anni, nempe vsq; ad consulatum Honorij & Eutychiani, vt refert Prosper Chronicorum scripto-

gem feriens ostenditur.

Christianum principem nō debere diuersitatē religionis in regno ferre.

Tempus extinctorum plane idolorum.

diligentissimus; Et tamē, ab eo ipso die quo missus fuit sanct⁹ Spiritus, fuit magnus numerus fidelium, cū vt sancta testatur historia, in eo ipso temporis articulo tria millia sacro lauacro tincta fuerint. Est itaq; perspicuum, quòd quantūuis esset magnus Christianorum numerus, qui parebat Imperatoribus ab Apostolorum tēpore vsq; ad id tempus: ꝓpterea tamen quod Imperatores nō erant Christiani, sed adhuc colebāt idola, Christiani patientissime eis parebant, & ciuiliter eam patiebantur legem, quam Monarchæ visum esset publicè ferre suo populo: satis habentes, si fruerentur libertate spiritus, & priuatim possent quod vellent credere. Sed postq̄ Imperatores apertè fuerūt Christiani, & Christi fidem palam sunt professi, tunc lex fuit constituta quæ exterminaret & aboleret omnem disciplinam, Monarchæ fidei contrariam. Cū.ꝑ tunc essent Arcadius & Honorius Imperatores Christianissimi, factū

est ab

est ab eis edictum de euertenda ido-
lolatria, vt qui scirent verum esse,
quod ante eos dixerat Iouinian⁹: nō
posse esse nec debere Imperatorem
Christianum, nisi etiam qui subiecti
sunt eius imperio, sint eiusdem cui⁹
est ipse religionis.

Cum ergo ô Rex, sis Christianus, et
credas & te credere profitearis id,
quod credit ecclesia Romana & Ca
tholica, quemadmodum fieri pote-
rit, vt inter eos, qui sunt tuæ ditio-
nis, patiaris legem diuersam atq; a-
deò contrariam: ita, vt non solum e-
ius publica toleretur professio, sed
palam etiam & liberè exerceat̃, ad
tuæ Maiestatis offensiōem, imo q̃d
verius est perniciem?

Non me latet, iam diu ab hinc fu-
isse vulgo iactatum, & literis publi-
cis consignatum, quòd quãuis Mo-
narchæ Christiani idololatriam pro
hibuerint & euerterint, sectas tamẽ
quas viderunt pullulare in religiōe
Christiana, patienter tolerauerint:
nec desunt qui id pretexentes dicãt,
te in tuo

te in tuo regno tolerare posse diuersas leges & religiões, futurumq́;, vt ab vtraq́; tibi stabilis ac firma exhibeatur obedientia. Sed si velim⁹ omnia considerare & diligenter examinare & ponderare singula, inuenimus falsum esse hũc prætextum, consiliumq́; periculosum, & exemplum perniciosum. Fateor quidem verum esse, Imperatores Christianos non semper vsos esse ea seueritate, vt hæreticos omnes exterminauerint: sed apud tuam Maiestatẽ, cum omni, vt par est, humilitate & demißione ausim asserere, nullum vnquam fuisse bonum Imperatorẽ, nec prudentem Principem, qui sui officij adeò sit oblitus, vt permitteret publicè vllam exerceri religionem, quæ suæ repugnaret: aut si p̱misit, non protinus dederit pœnas, & viderit ex eo allatum sibi exitiũ. Nolim in Republica Christiana p̱ferre exempla Constantini, qui cum videret mundum adhuc teneri insano amore idolorum, nec posset idololatriã

Diuersitas religionis in regno principi perniciosa.

lolatriã

Iolatriam penitus abolere, satis habebat, (vt ipse testatur in sua ad Alexandrum & Arrium epistola) vt Christus cum Patre agnosceret Deus, & vt euerteret idola, quæ præcipue à se erant expugnanda, nec vellet vt sciret cultores simulachrorũ, esse vllam inter Christianos contentionem, timens ne offenderentur q erant adhuc imbecilles & in fide nõ satis instituti. Et tamen, inueniẽt in ea quæ de ipso scripta est historia, eum expulisse & in exilium misisse omnes hereticos, qui in synodis quę ipsum præcesserant, fuerant damnati: nempe Manichæos & Sabelliãos: post Concilium autem Nicenũ expulit & in exilium misit ipsum Arium & eius asseclas. Quo fit, vt sit perspicuum, semper eius fuisse hunc animum, vt in sua Repub. tantum vnam pateretur esse religionem. Prætermisso autem exemplo eius liberorum, qui non potuerãt vnitam continere Ecclesiam, propter alterius nempe Constantij improbitatem, q

Constantinus profligat hæreticos.

aperte

aperte fauebat reprobis: prętermiſſo etiam exemplo Iuliani, cuius vitã & ſacrilegium abſit vt nobis proponamus tanquam ſpeculum: veniendum eſt ad illud tempus, quod magis accedit ad id, quod accidit tuo tẽpore, id eſt tempus Theodoſij magni, & Valentiniani huius nominis ſecundi, quod cum tuo magnam habet ſimilitudinem: cum tunc imperium tenuerit Valentinian⁹ minor ætate, ſuccedens Valentiniano hui⁹ nominis primo, qui fuit Princeps in primis Catholicus, vt tu Rex Chriſtianiſsime ſucceſsiſti felicis memoriæ fratri tuo Franciſco, poſt mortẽ feliciſsimæ memoriæ patris tui Hẽrici, qui ambo fidem & religionem Catholicam ita coluerunt & obſeruauerunt, vt nulli vnquam Principes magis. Hoc quoq; habet temp⁹ tuum commune cum tempore Valentiniani, quod tenera tua ætas defenditur ac ſuſtinetur cõſilijs ac prudentia reginę matris tuæ primariæ fœminæ, vt Valentinianus minor

ætate

ętate Imperator, regebatur à matre Iuſtina. In hoc tātum differt hoc tuum ſeculum, & eſt melioris conditionis quàm tēpus Valētiniani, quòd tu ô Sereniſsima regina Spiritu Dei afflata, in tantis tumultibus Eccleſiam retinuiſti Catholicam, quam fortiter defendiſti contra eius aduerſarios, cuiuſq; multa & præclara in medium produxiſti conſilia pro ſalute Reipub: cum Iuſtina, quæ fuerat vxor Valentiniani primi, quo nullus fuerat Princeps melius ſentiens de religione, ſui oblita, eo tempore lapſa ſit in Arianiſmum.

Eo certe tempore factū fuit edictū, quo prohibebatur hæreticis, ne vllum haberent cœtum ad exercendā ſtultitiam obſtinati ſui ſpiritus: his ipſis enim verbis conceptum fuit edictum: fuitq; eis edictum, ne ſe nominarent Chriſtianos, nec conuentum ſuum appellarēt Eccleſiam: fuit etiam permiſſum Chriſtianis, eos extra vrbes expellere, ſi vlla cogerent conuenticula. Sed certum eſt,

Edictum Valentiniani ſecundi aduerſus hæreticos.

edictū

edictum hoc effectum suum non es/
se assecutum in ijs regionibus, quib9
imperauit Valentinianus, propte/
rea quod Iustina faueret Arianis: q̃
curauit vt in eorum fauorem pro/
mulgaretur edictum inuito & repu
gnãte Beneuolo scriba ex sacra scri/
barum decuria, cuius fidei filij sui a
dolescentiam commiserat moriens
maior Valentinianus: qui cum es/
set vir fortis & constans, flecti nun/
quam potuit, nec consentire, sua re/
pugnante conscientia, vt quicquam
innouaretur quamdiu esset minor
ætate Imperator, cuius curam à pa
tre acceperat in administratiõe Re/
ipub. Quod cum videret Theodo/
sius, qui imperium obtinebat in O/
riente, scripsit ad Valentinianum,
quod cum verum regem, nẽpe De/
um desereret, & contra fidem datã
faueret hæreticis, futurum esset, vt
qui ei parebat rebellaret populus.
Quid deinde est consecutum? Audi
quæso & intellige mi Rex Christi/
anissime. In Gallia, quæ nunc tuis
felicis/

felicissimis regitur auspicijs, Deus excitauit quendam Principem nomine Maximum, qui tam audax facinus ausus est aggredi, vt suum euerteret Imperatorem. Quod quidem magno nomine inceptũ, adeò feliciter successit, vt cum Gratianũ maiorem natu fratrem huius Imperatoris prope Lugdunum curasset interficiendum, superatis Alpibus descendens in Italiam, turpiter eiecerit Valentinianum, & eum priuauerit Imperio. Hic fuit exitus mali consilij eius, qui duas religiones tolerauerit in suo imperio. Vt autem facile intelligas, quòd cum meliori capto cõsilio peccatum suum agnouisset, prior pœna statim fuit reuocata: cõsidera quæso parump, quòd hic infelix & fugitiuus Imperator, Constantinopolim vsq; confugit ad Theodosium, cum quo secũdum fecit edictum, quo reuocabatur tota illa libertas, in quam se vendicauerant hæretici, & quo rursus prohibuit omnes conuentus Arianorum, ve

Valentinianus ob diuersitatem religiõis in suo Imperio, regno exuitur.

Valentinus regno restituitur pulsis hæreticis.

B tuitq;

tuitq; ne nostra mutarentur sacra-
menta, iubens suis, vt in omnibus
prouincijs & regiõibus essent & ex
plorarent, quid ab ijs ageretur, pa-
rataq; esset eis satis magna man⁹ ad
eos cohibendos, qui auderent aliqd
tentare aduersus ea quæ statuerat,
atq; adeò & ad eos capiendos & tra-
dendos Magistratibus, vt de eis quã
primum sumeretur supplicium.
Post hoc edictum, perinde acsi pec-
cati ab eo facta fuisset expiatio, eius
aduersa fortuna fuit meliori cõmu-
tata. Nam ab exilio, fuit suo restitu
tus Imperio, & eo ipso anno aut pa-
ucis post diebus Maximus, qui eius
inuaserat Imperium, victus fuit, ꝓ
fligatus & captus: Valẽtinianus au-
tem pristinæ suæ dignitati honoriq;
redditus. Qui illum errorem agno-
scens, hoc suum edictũ acrius ac ve-
hementius curauit renouandum: vt
constat ex lege quarti sui consulat⁹,
quæ est integra in codice Iustiniani.
Ex his potes videre, Rex Christi
anissime, quemadmodum secunda
fortuna

fortuna ſequi ſolet conſilia bonorũ
Imperatorum, quibus honor Dei
curæ eſt, & qui non permittunt, vt
vlla exerceatur ſecta contraria ipſo
rum religioni: & contra, quanta e/
ueniant infortunia ijs, qui tolerant
per diſsimulationem contrarias du/
as religiones.

Hoc itaq; exemplum conſiderans
conuentus trium Ordinũ tuæ Bur/
gundiæ, te in tua curia apud Sena/
tum ſupplex rogauit, ne aduerſus
tuum regnum iram Dei, quæ exi/
ſtit ex eiuſmodi tolerantia, accu/
mules, conuenienter ſanè faciens ad
monitioni illi, quæ vt diximus Va/
lentiniano facta fuit à Theodoſio.
Sequere exempla bonorum, quorũ
virtus effecit, vt ætas eorum flore/
ret in omni felicitate, laude, gloria
& honore ſui nominis impleretur
memoria ſuorum ſucceſſorum. No/
li autem inſiſtere eorum veſtigijs,
qui inconſtantia & inſtabilitate,
rebus ſuis extremum attulerunt e/
xitium, & effecerunt vt ſua nomi/

na ludibrio eſſent poſteritati. Præter variam, & nunc aduerſam, nũc bonam Valentiniani fortunam, de qua iam diximus, habes præclarum Theodoſij exemplum, qui ex malis aliorũ ſeipſum correxit. Is etenim Amphilochij prudentiſsimi eo tempore viri, optimo vſus conſilio, apud ſe conſtituit, vt publicè & priuatim ſemper impediret, ne vlla exerceretur religio, quæ eſſet Romanæ contraria. Porro autem ipſe q̃q; quinq; annis poſtq; hæc ediderat edicta, occaſione data à Valentiniano, ſeuerius quã antea eandem renouauit prohibitiõem, cum ille ſui oblitus cœpiſſet rurſus diſsimulare. Videri certe poteſt in eadem ætate, hiſtoriam voluiſſe nobis ad conferẽdum proponere duorũ Monarcharum exempla: alterius dubij & varij, alterius vero firmi & conſtantis in fide Catholica: & vtriuſq; fortunam religioni ſuæ reſpondentẽ, nẽpe firmam, ſtabilem, & proſperam ei, qui abſq; vlla diſsimulatione ex

cõſilio ſanctorum virorum ſui tẽ-
poris prohibebat conciones & con-
uentus hæreticorum: incertam aũt
& inconſtantem ei, qui conniuebat
& toleranter ferebat abominatiões,
quas ipſe ſuis edictis reprobauerat.
Præter hoc habes etiam exemplum
Arcadij & Honorij Imperatorum,
filiorum & ſucceſſorum Theodoſij:
à quibus quantumcunqꝫ vehemen-
tiſsime poſtulaſſet quidam Scytha
dux exercitus, vt in Oriente vnus
ſolus locus daretur hæreticis, in quo
conuenirent: ij noluerunt concede-
re, etiamſi magnę intentarentur mi
næ de rebellione Arianorum: con-
tra autem publicas emiſerũt literas,
quibus rurſus prohibuerunt, ne fie-
rent vlli conuentus: aperte declarã-
tes, non aliam fuiſſe ſibi mentẽ, quã
vt nullum liceret celebrare conuen
tum alterius religionis quã Roma-
næ. Cumqꝫ hæretici aliquas profer-
rent literas, quas ſe impetraſſe dice-
bant ab Imperatoribus, Imperato-
res declararunt eas literas eſſe falſas

& subreptitias. Post eos cum noui exorti essent hæretici, qui defenderent errorem Eutychis, & ea de causa procurasset Martianus vt congregaretur synodus Calcedonensis, ipse eos expulit, prohibuitq́, ne ab eis vlli celebrarentur cœtus, & ne eorum libri prodirent in publicum. Idipsum postea fecit Iustinus, & post eum Iustinianus, aduersus hereticos qui fuerant damnati in secundo Concilio Constantinopolitano. Neq́ vero, ex quo fides prodijt in publicum, per tot Principum successiones vllum inuenies Principem vsq́ ad Clodoueum tuum præcessorem, qui regnauit tempore Iustiniani, qui non constanter prohibuerit huiusmodi conuentus. Is autem Clodoueus (vt Franciæ testantur Chronicæ, & sanctus Gregorius Episcopus Turonensis in secundo libro cap. 37.) cum primum sancto lauacro fuisset tinctus & consecratus, dixit suis, se pati non posse hæreticum possidere vnam partem Galliæ. Ea vero quæ dixerat,

res ipsa

res ipsa est cõsecuta, vt qui ad ipsos expellendos Tholosam protinus sit profectus: tantum abest vt in toto suo regno eis voluerit concedere, posse exercere suam religionem.

A Clodoueco vsque ad te, Rex Christianissime, quis potest ignorare, quàm constanter res fuerint administratæ in Francia, & quemadmodum nulla fidei diuersitas, nulla vnquam, præter quàm Catholicæ & Romanæ religionis exercitatio sit admissa ad hoc vsque tempus, quo tanta felicitas tibi tuæque domus posteritati, (quæ præcipue consistit in gratia Dei) è manibus eripitur, quæ quidem tamdiu tibi semper dabitur, quamdiu regnũ tuum in hac synceritate continebitur: nec permiseris, vt duæ permisceantur sectæ, quarum necesse est vt altera non sit bona.

Eris ne primus ô Rex Christianissime, post tot Reges, post tot exempla tam domestica quàm externa, qui inuiolabilem hunc peruertes ordinem, & sines populum tuum claudi

care inter Deum & Baal? Si Deus est Deus, cur non statuis vt eũ omnes sequantur? Si Baal est deus, cur non erit sequẽdus? Fuisti corona regia redimitus & consecratus in fide Romana, & in hac benedictiõe tuo iussu parati sumus vel nostram vitã immolare & profundere. Sed magna animi affectione te de eo admonemus, quod tua maxime interest, vt qui timeamus, ne tua felicitas, q̃ Deo innititur, diu stare nequeat. Tuam igitur Christianissimam Maiestatẽ rogamus supplices, vt æqui boniq; hæc consulas, cum quæ nos mouent causæ, hoc maximè nitantᷣ, quód agatur hic status tui regni, nec sint eæ seiunctæ à ratione, quæ tibi est habenda miseri & afflicti tui populi, quam, preter ea quæ iam dixi, tibi fideliter explicabo.

Disparitate religionis Ordo Eccle-

Primum, ordo Ecclesiasticus Senatum curauit admonendum, quòd qui Reipub. administrandæ & regendæ artem docuerunt, eam ijs regulis metiendam esse duxerũt, quæ in admi-

in administranda domo sunt facilli-mæ, si res recte consideretur. Cum Reipub. ac regni administratio, nil sit aliud quàm dom⁹ aut familia: nil sit aliud, quàm regnum in angustũ contractum. Dicunt ergo: Incommoda quæ eueniunt ad domum euertendam, eadem quoq; ad euertẽdum regnum posse euenire. Ordo ergo Ecclesiasticus te cupit admoneri, non alia ratione posse domum citius ac facilius euerti, quàm si concubina vxori legitimæ aduersetur, tantamq; vsurpet authoritatem, vt se non pro ancilla gerat, sed pro domina. Neq; enim tũc fieri potest, vt quæ vtræq; laborent zelotypia, sobolis confusio, & famulorũ, qui nesciunt cui parere debeant, hæsitãtia ac dubitatio, domũ non euertat funditus. Cum igitur, inquiunt, in tuo regno (quod est Dei domus ac familia) ordo eorum, est patrisfamilias veluti vxor legitima, quæ est, (vt scribitur in Canticis, ex veterũ Doctorum interpretatione) vnica spõ-

siasticus totaq; euertitur Ecclesia.

sa sine macula & ruga: ea cum sit, inquiunt, vnica, nec alium possit habere maritum, sintque omnes aliæ cõgregationes velut impudentes pellices & concubinæ, quæ dum videri volunt pudicę & honestę matronę, ea ratiõe decipiunt domesticos, qui nesciunt, quam pro domina debeãt agnoscere: si huic permissioni, inquiunt, edicto datur locus, plane actum est de tota domo. Nam si ambæ tolerentur, interim dum vtraque contendit ac disceptat vtra sit falsa & supposititia, quanta futura est perturbatio? Non potest de ea certior haberi coniectura, quàm si proferantur exempla eorum, quæ olim acciderunt, cum imperium ij tenerent, q per dissimulationem duas sectas tolerarunt. Vide Rex Christianiss. Episcoporum Aegypti epistolam datam ad Marcum Pontificem, scriptã quidem tempore filiorum Constantini, insertam autem in primo Tomo Conciliorum: in qua dicunt se ab Arianis tanta mala esse ꝑpessos,

Ex diuersitate religiõis quã taoriatur tyrannis.

vt eos

vt eos tæderet viuere. Referuntur autem eius temporis tam crudeles & alienæ persecutiones, vt nobis essent incredibiles, nisi hic eorum renouata vidissemus exempla. Reuoca, te rogant, in memoriam ea, quæ scribit Gregorius Nazanzenus in elegantissima oratione de se & Arianis, tempore Valentiniani Imperatoris. Considera & perpende, à te precibus id contendunt, ea quæ scribit Victor Vticensis, qui citatur à D. Hieronymo, de tyrannide & crudelitate Arianorum aduersus Ecclesiasticos Catholicos: cuius tyrannidis heu nimis ad viuum fuit hoc tempore eis imago impressa, & oculis eorũ repræsentata. Tibi quoque, te rogãt, veniat in mentem, quod scribit Optatus doctor antiquissimus de immanitate Donatistarũ aduersus nostras Ecclesias. Quæ perpendendo & conferendo, facile erit iudicare, & iam planè videre, quæ & quanta inter tuos exerceri poterit crudelitas, si duæ diuersæ admittantur religiones. Præter

Ex diuersitate religionis in regno quanta confusio.

Præter hæc mala autem, quæ orientur ex zelotypia, quãta & quàm incerta cernetur dubitatio in tua Ecclesia? Poteritne à domesticis præstanda exhiberi obedientia, qui, cũ altera iusserit, si eis non placeat q̃d iussit, appellabunt alteram? Hinc fiet, vt obedientia non pendeat ab authoritate magistratus, sed à voluntate ciuium. Quanta erit confusio, cum sciri non poterit, quinam veri sint Christiani? & quilibet se talem vocabit, vicinum autem suum paganum vocabit & hæreticum. Non secus acsi inter fratres, quibus eadẽ defertur hæreditas, alij alios non agnoscerent, & eos non esse heredes assererent. Non diu durauit edictũ illud perniciosum mense Ianuario editum, nec ei in Burgundia vllus omnino fuit locus: eius tamen prætextu, nullus erat rusticus, qui ecclesiarum rectoribus & Episcopis iura non denegaret. Hoc certe ausim asserere, in tui Senatus Burgundici curia fuisse latas sententias plusquã

Edictum mensis Ianuarij per importunitatem exortũ ab hæreticis, quo eis cõcedebatur vt concio

triginta

triginta litium, eorum qui soluere recusabant: prçter eas, de quibus ex nostris præiudicijs fuit transactum inter ipsos, qui litigabant. Si ergo huius pacis factæ declaratio locum habeat, quis dubitat, quin qui istinc nouæ religionis volent habere ministrum, id sint denegaturi, quod suis debent parœcijs? Si denegent, an nō aperte euertitur ordo Ecclesiastic⁹, qui si hoc ipsi adimatur, non potest consistere? Si non denegent, an non id futurum est eorum exitium, qui duobus diuersis ministris præstationes solituri sint et salaria? Quicquid sit, quis non videt, hanc, quę fit duobus, solutionem, minime posse durare, & quę alteri fit, subtractione alteri afferre perniciem. Quorū nō est æquum, vt qui est antiquior, & cuius est perspecta fidelitas & obedientia, dum suis donis gratuitis & decimis tibi subuenit, neglienter ijs perfruatur: illi vero cuius obedientia nolo dicere incerta, sed contumacia, rebellio, & inobedientia fuit per-

natores in suburbijs haberent.

spicua

ſpicua, & non ſine maximo tuo dolore & damno, miſerorumq; regni ciuium & incolarum malo, euidentiſsime probata, abunde ſuppetant. Hęc itaq; miſera & afflicta Eccleſia te admonet, Rex Chriſtianiſsime, fieri non poſſe, vt pręſtet quod tibi promiſit Poſsiaci, nec ei ſuccurrat vt conuenit, niſi prouideas vt ea maneat in ſuo ſtatu: qui in eo conſiſtit, vt ſit, vti diximus, ſola, & ſola fructus colligat: quibus non ſolum ſufficiat muneribus ordinarijs, ſed etiã extraordinario oneri tuæ ſubuentionis: quę ſi deſit, permultum detrahetur tuis opibus, quibus terrorem infers tuis hoſtibus. Cuiuſmodi autẽ illud eſt? Viſne hoc edicto & declaratione pacis, vt nobiles, qui aliquam habent iuriſdictionem, habeant facultatem curandi, vt nouo iſto more prędicetur in ſuis ædibus, in quas omnes admittentur, qui clientelę ac ſeruitij iure eis ſunt obligati? Ignoſce quęſo ſi libere dico, Rex Chriſtianiſsime, hoc ſolum, omnia

plane

planè peruertit & omnem contūdit disciplinam ecclesiasticam: cum nō sit eorum, qui secularem dominatū habent & iurisdictionem, se ingerere, vt de docendo & instituendo populo prouideant: alioqui quib⁹ hoc esset mandatum, ea etiam tandem vellent aggredi, quę pertinēt ad statum nobilium: ex quo sequereť mirabilis omnium ordinum confusio, & eorum fortasse etiam euersio & interitus. Sed vt hoc omittamus.

Secularē se in ecclesiast. iurisditionem ingerere, est ecclesiasticam disciplinam et regni statum euertere.

Quando apud Nobilem, qui habet iurisdictionem in Burgundia, in arce aliqua munita (paucę enim sunt ædes Nobilium, quę non sint instar munitarum arcium, vel quę etiam non sint arces) quando, inquam, apud eū Nobilem fuerit concionans more Gebennico, quid fiet parœcię rectori? Quemadmodum, vt tuto in pace in domo sua habitet, poterit sibi persuadere inter eos, qui reputabunt eum esse lupum & verū Antichristum? Necesse erit vt recedat, vt qui non sit tutior futurus, quam

Concedere diuersitatē religionis in regno, est meliorem partē excludere è regno.

ouis in

ouis inť lupos. Quo fiet, vt nō possit id quod vis obseruari, nempe vt nemo cogatur, vt quilibet libere in sua maneat religione. Nam si illi, q illic habitāt, qui libenter vellent interesse sacrificio altaris, voluerint de Deo aliquid amplius audire, necesse erit vt alio migrēt, aut cum ijs conueniant, quos prius habebant ꝑ hereticis. His accedit, Rex Chistianissime, quód constat, Conciliū Nicænum (cuius constitutiones citra controuersiam vllam, vbiq; sunt obseruandę, & quas etiam admittunt, qui hanc nouam prętexunt religionem) disertis verbis prohibere, ne in eadē parœcia sint duo ministri, nec in eadem ciuitate duo Episcopi: vt videre licet in secūdo Canone eius Cōcilij: & in eo q̄d refert Ruffinus author historiæ Ecclesiasticę.

Conciliū Nicænū duos parochos in parœcia una: duos episcopos in ciuitate una ꝓhibet.

Quomodo ergo fieri potest, vt rector parœcię, qui debet obseruare Canones, nec quicquam agere, q̄d pugnet cum Concilijs, patiatur vt minister & prędicator ei ignot⁹ assi

duc cō-

due concionetur in ſua parœcia, per inde ac ſi vnius illius partis eſſet paſtor ordinarius? Fierine poterit, vt Nobilis, qui iuriſdictionem habet & dominium, ſit exemptus ab Eccleſiæ rectoris obedientia, quæ ex alijs Concilijs conſiſtit in communione Eccleſiæ: quę pro hæreticis habet & alienis eos, qui non ſemel ſaltem venerint ad communionem cum vniuerſo populo? Viſne pati, vt tua in tuo edicto declaratio vno verbo aboleat omnia Concilia & conſtitutiones eccleſiaſticas? Quod ſi rector parœciæ, videns Nobilem quendã pagi dominum, facere contra Eccleſiæ voluntatem & doctrinam, & eius ſacramentorum adminiſtrationem, Senatum adeat de ijs conqueſturus, & vt ius ſibi ſtatuatur, poſtulaturus: quidnã tandem poterit dicere Senatus, qui (propter eam quã de abuſu tibi conceſsit Eccleſiæ cognitionem) debet curare, vt non recedatur ab antiquis & generalibus Concilijs? Sed loquimur tantum de

Admiſsio religionis pro arbitrio cuiuſq. euertit ſacroſancta Concilia.

querela rectoris parœciæ. Quid vero si Nobilis iste pagi dominus, qui tuo nitens edicto, velit vt more Gebennico habeatur concio, velit niti canone Concilij, vt deinceps nõ amplius habeatur, quæ ei aduersat̃ concio? Quanam ratione ei rei poterit prouideri? maxime, cũ hoc possim quod verũ est dicere, quòd post hãc scriptam declaratiõem, aliquot Nobiles in Burgundiam reuersi, cum primum fuerunt domi, monendum curarunt rectorem parœciæ, vt caueret ne celebraret sacrificiũ Missæ: se enim velle ex priuilegio habere qui concionaretur. Si ergo locũ habeat hoc edictum, videre licet apertum interitum totius huius ordinis, qui nunc hanc suam tibi offert querelam. Hactenus de Ecclesia: quæ postremo loco rogauit, vt ad te referretur, se à te supplicem contendere, vt inter cætera domestica exempla capias à Philippo Augusto, qui sicut tu, cum adhuc esset ætate minor, regnum adeptus, quatuordecim tan

cim tantum annos natus, arma sumpsit ipse ad defendendam Ecclesiã, quæ Biturici opprimebatur tyrannide quorundam Nobilium, quicꝫ teneram Regis ætatem habebãt despectui: quod quidem fuit initium eorum omnium, quę huic Regi feliciter successerunt, ex quibus huic tuo regno non parua facta est accessio: &, conuenienter huic exemplo, quod tuo non est dissimile, supplex postulat, vt qui non secus atcꝫ ipse arma sumpseris pro defendenda ecclesia, ne pmittas vt pace facta, des maiorem quàm vnquam antea occasionem eius opprimendæ atcꝫ extinguendæ, quam maiores tui semper defenderunt, & quæ sit flos primus & p̃cipuus tuæ Regię coronæ.

Secundus autem Ordo, nempe Procerum & Nobilium, cũ ea qua par est demissione ac reuerentia vt tibi diceretur rogauit, ô Rex Christianissime, suum ordinem minime esse disiungendum ab ea admonitione, quæ facta est ab Ecclesia: dandamcꝫ

Disparitate religionis Procerum & Nobiliũ ordo eneruatur.

damq; esse ab eis omnem operam, vt ea defendatur ac protegatur, cũ eius priuilegia magnum ipsis fauorem & pręsidium adferãt, eisq; multum fulciantur & sustententur eorum domus. Si locum habeat libertas huius quæ prætexitur religiõis, in vehementem se venire suspicionem, ne status suus diu posit consistere. Hac autem ducuntur coniectura, quòd eis venit in mentem tumultus qui fuit excitatus in Germania Anno Millesimo quingentes. vicesimo quarto, quando insurrexerunt rustici vt euerterent & exterminarent vniuersam Nobilitatem. Quis enim nescit, hanc seditionem non aliunde ortam fuisse, quàm ex Martini Lutheri, quæ tunc vigebãt concionibus, & septem tantum annis ante cęperant, cum populo persuasisset esse parem omnium hominum conditionem: & impium esse, si quis se extollat super aliũ. Quod si in Germania, vbi non difficulter populus disciplina continetur in officio,

Tumult9 rusticorũ cõtra Nobiles ex concionibus Lutheri.

ficio, sufficiebat hæc occasio ad ex-
citandum hunc tumultum, quis nō
intelligit eam in hac regione longe
plus suffecturam, cuius populo sci-
mus ab omnibus antiquis authori-
bus inustam fuisse notam leuitatis,
quemq; videmus inescatum nouo
gustu libertatis, & asuefactum à re-
centibus Euangelicis, vt nō nisi suo
arbitratu obediant, & iussis non se
amplius submittant, quàm quantū
fert eorum animus. Quòd autem
hæc prædicatio alibi etiam tales pro *Nobiles*
crearit effectus, an non ex hoc po- *oppreßi*
test intelligi, quòd Gebennenses vt *in Heluetia.*
suam tuerentur libertatem, eos ex-
pulerunt, qui in eos obtinebant do-
minatum? Postquam autem suam
constituerunt Rempub. mihi adno
tent velim, quænam Nobilibus re-
seruauerint priuilegia, aut quam au
thoritatem, potestatem, & iurisdi-
ctionem reliquerint suo Principi?
Ostendatur quænam Nobilium ho
die agnoscantur familiæ inter Hel-
uetios, maxime in ijs pagis, vbi præ

dicatur hoc nouum quod prætexi-
tur Euangelium? Quis nescit, quòd
in vltimo seditioso cõuenticulo, q̃d
congregatum fuit Cabilloni, quam
vocarunt Synodum, viginti ex eo-
rum ministris, quorum illic magnus
fuit numerus, maxima ex parte iu-
uenes & rerum plane imperiti, quo
rum nomina habet apud se tuus Se-
natus, apertis & disertis verbis ia-
ctarunt, exterminandas esse ex hoc
mundo tres pestes: Ecclesiam, vt di-
cebant, Papisticam: Nobilitatem: et
qui tua authoritate ad ius dicendũ
constitutus fuit, ordinem Magistra
tuum: dicentes à Deo factum esse v
num Regem cui sit parendum, reli-
quos autem omnes esse pares, & cũ
Deo pugnare, qui inter eos vllam
statueret esse differentiam: perinde
atq; si Rex stare posit absq; suis mi-
nistris, & quilibet eorum suo loco,
gradu, ordine, & munere. Quam-
obrem Nobiles tuæ Burgundię, qui
de hac re facti sunt certiores ex com
mentarijs, quæ inuenta sunt & com
munica

Egregios Euangelistas, qui Ecclesiã, Nobilitatem, Magistratum euertunt.

municata tuæ curiæ, & ad eam alla-
ta anno præterito, & apud Marisco
nenses eius rei certam viderunt ex-
perientiam, vbi ciues anno præteri
to incenderant ædes eius, qui in eos
obtinebat dominatum: non possunt
dissimulare, se non absq; magna su-
spicione ferre posse, vt ipsa apud e-
os libere fiat prædicatio, quæ eis mi
natur interitum, & ex eo gradu ho-
noris deiectionem, quem tanto stu-
dio ac tam acri animo defendunt.

Neq; potest eis satisfacere, quòd
tua benignitate hoc, vt videtur, eis
instar priuilegij reseruasti, q̃d Pro-
ceres & Nobiles non necesse habe-
rent pati vllos ministros concionan
tes in suis pagis ac prædijs, & hoc re
liquisti eorum arbitratui. Certum
est, idq; facile potest conijci, quòd
permulti ex populo, qui se continu-
erunt, propterea quòd fuerunt edo
cti in bona & sancta doctrina Eccle
siæ, protinus peruertentur, et quidē
ferè semper solet accidere, vt mala
grana facilius crescant & multipli-

centur, erit propediem maior nu/
merus hæreticorum, congruenter
ei,quod nos docet ſcriptura, maio/
rem eſſe numerum reproborum:&
ex cõſequenti ſerpet hic cancer per
totam regionem in omnibus pagis
& vicis, propter eam quæ ijs oſten/
tatur & datur libertas. Hoc autem
ita futurum eſſe, facilis erit conie/
ctura, ſi conſideremus peruerſorũ
numerum ꝓpe fuiſſe infinitum eo
tempore, quo ſunt toleratæ mini/
ſtrorum iſtorum conciones. Cum
ergo maior pars pagi ſic fuerit cor/
rupta, & nec ad Eccleſiam acceſſu/
ra ſit Catholicam, & hæreticorum
frequenter interfutura concionibꝰ,
quodnam inter eos relinques vincu
lum charitatis? cumq; cliens & ſub/
iectus patronum ſuum ac dominũ
putabit infidelem: patronus autem
& dominus clientem ſuum & ſubie
ctum ſciẽt eſſe hæreticum, quem nã
eſſe inter eos amorem potes cogita/
re, & ſine amore quã obedientiam?
quæ ſi à metu proficiſcitur, non po/
teſt diu

test diu durare. Quis autem dubi-
tat istos ministros certis in locis con-
stitutos, alios ex suis clam esse mis-
suros in ea loca, in quibus viderint
suam pullulare doctrinam, vt illic
prædicent, & verbum Dei, vt vo-
cant, prouehant ac promoueant?
In hoc certe gloriantur & certo ma
gnificè iactant, quod se omnes arbi
trentur esse similes Apostolis. Quo
fiet vt patronos suos ac dominos mi
nime vereantur, propterea quod
dicant, cum de verbo Dei agitur,
homines non esse timendos. Si ergo
patroni illic ac domini ex tui edicti
sententia eis velint resistere, quan-
tam videbis confusionem & pertur
bationem inter patronum ac domi-
num, qui debet esse instar patris: &
inter clientes ac subiectos, qui debe-
rent haberi pro fidelibus, & habent
pro hostibus? Neque existimandum
est clientes ac subiectos se hac in re
sensuros patronis ac dominis esse de
biliores, & eius metu seipsos esse co-
hibituros. Nam cum te non timue-

Obiectio animaduertenda Polonis.

rint, qui es eorum supremus patro-
nus ac dominus, quomodo eum ti-
mebunt, qui est omnibus partibus
eo longe inferior, maxime si p vim
velit eum prohibere ne faciat, quod
dicet se non posse facere salua sua cõ
scientia. Hæc querela erit commu-
nis omnibus, qui sunt eiusdem con-
ditionis, apud quos erit conqueren-
dum, quando propter celebrandam
cœnam fuerint congregati, vbi e-
runt plurimi vento huius nouæ re-
ligionis inflati & elati: qui auditis ijs
quę dicentur ab incolis pagi, nempe
quod eorum patroni ac domini im-
pediãt verbum Dei in sua parœcia,
non dubitabunt aduersus eos insur-
gere, armaq; & quæ videbuntur op
portuna ijs suppeditare, ad alendã
tuendamq; seditionem subiectorũ
in Principem ac dominum. Quod
quidem non admodum facile esset
indicare, nisi in promptu essent exẽ
pla eiusmodi hominum. Nam si in
diuersis hoc fecerunt regionibus, nẽ
pe in Gallia Albigenses, & in Loto-
ringia

ringia rustici, quid facient Caluini-
stę, qui omnes existimarunt satis iu
stam sibi esse oblatam occasionem
arma sumendi, & belligerendi ad-
uersus summum suum Regem &
patronum, propter liberam Euan-
gelij sui prædicationem, etiam si le-
ge supremi omnium Magistratus
ea esset eis denegata? Quid vero si
in vno & eodem pago sint multi pa
troni & domini (vt sæpe contigit in
Burgundia, vbi omnibus filijs, siue
sint masculi, siue fœminæ ex æquo
diuidit hæreditas: quo fit, vt in mul
tis pagis sint aliquando duodecim,
aliquãdo quatuordecim patroni ac
domini, qui in suos clientes ac subie
ctos ex æquo omnes indiuiduã ma-
ximam habent iurisdictionem) hoc
si accidat, quanta erit confusio rerũ
& perturbatio? Quid enim fiet, si
alter velit vt Caluinistę minister cõ
cionetur, alter vero obsistat? Quid
quòd non constituantur certæ leges
nouæ istius prædicationis? Quid er
go si contingat vnum esse confessio-
nis Au-

n's Augustanę, vt facile accidere potest in Burgundia, in qua negociatio præcipua est in Germania: alius vero malit sequi legem Gebennensem: alius autem sit Anabaptista: (sunt enim omnes istæ sectæ religionis nouæ: quæ nituntur Euangelio ex suo sensu exposito, nec est quisq; ex ijs, qui se non asserat verum esse Christianum, alterum vero hæreticum) si hoc, inquā, contingat, quāti & quàm multi orientur tumult' inter eos Proceres & Nobiles: quot & quantę dissensiones & controuersiæ? A te ergo supplex petit ordo Nobilium, vt hoc diligenter consideres. Videtur enim futurum, vt hoc eis certum creet exitium, quod deinde absq; controuersia consequitur totius huius regionis interitus. Nam si his de causis Nobiles inter se depugnauerint, pars vna ciuium alteram, pars altera vero alteram sequetur, & malum, alterum malum ad se accerset, loci quoq; commoditas, & nobilitatis tuæ affinitates, cuius præ

ius præcipuæ familiæ aut oriundæ sunt ex Germania, aut contraxerũt cum illis affinitatem, euocabunt ad se numerum magnum Germanorũ. In his autem tumultibus, quid fiet misero & afflicto tuo populo?

Quamobrem tui Proceres ac Nobiles à tuo Senatu supplices contendunt, vt tibi sua postulata exponeret, nempe vt digneris considerare, incolumitate eorum & amplitudine tui regni cõtineri maiestatem & salutem: nec illam Rempub. satis esse validam ac munitam, in qua nõ optimatum auctoritas & potentia stabiliatur, ad ope & præsidio iuuãdum Magistratum aduersus iniuriam populi, qui suapte natura est satis propensus ad rebellionem, &, vt vetus scribit Philosophus, non facile est tractabilis. Et ne permittas, vt si his conditionibus in vulgus edatur ea declaratio, in euidentis sui interitus incidat suspicionem.

Tertius ordo, nempe Plebis, profert etiam aliquot admonitiones; non mi

Disparitate religionis etiam plebeus ordo turbatur.

non minus dignas quæ consideren/tur, & quæ maioris sunt momenti. Primum enim dicunt, regionē esse maxime opportunam, & ideo maximi esse faciendam ad tui regni con/seruationem: Reges ꝑ tuos maiores eam tanti fecisse, vt inter Monar/chiæ tuæ pares primum ei locum de/derint. Nam à priscis vsq; seculis fu/it obseruatum, quòd qui aduersus Galliam pręclarum aliquod facinus voluisset aggredi, ab ea tanquam à Galliæ vmbilico inceperit: vt quæ nec montium nec maris vllum habe/at propugnaculum, vti habent om/nes limites aliarum regionum.

Hæc est causa, cur C. Cæsar cū ad/uersus totam Galliam moliretur ex/peditiōem, prætextu societatis, quę Romanis intercedebat cum Hed/uis, hanc occuparit regiōem. In qua cum pedem fixisset, & se ibi confir/masset, facile ei fuit in omnes alias partes Romanorum arma mouere: & nunc aduersus Auernos, nunc ad/uersus Belgas, nunc aduersus Bitu/

riges,

riges, nunc aduerſus alios bellum gerere. Non erat autem ei difficile ad quamlibet partem peruenire, cũ ad Heduos tuto ſe poſſet recipere, vbi & commeatus comparabat, & q̃cunq; erant oportuna & neceſſaria, ad reliqua euertenda, prouidebat: non ſecus atq; Cancer, qui cum pulmonem inuaſerit, mox perdit reliquum corpus, quod paulo poſt marceſcit ac tabeſcit. Hinc factum eſt, vt cum Cæſar Heduorum opera pedem fixiſſet in Gallia, nunquam ceſſauit donec aliquo honeſto prætextu in ſocios motis armis & omnium viribus, modo huius, modo illius ſuccedentibus victorijs attritis, totam Galliam expugnauerit, & in ſuam poteſtatem redegerit. Burgundia ergo (in ea enim ſiti ſunt Hedui) omnium eius victoriarum in Gallia ei fuit & principium & finis. Sunt certe oppida huius regionis in confinio multorum vicinorum, quorum lingua eſt diuerſa, mores, & religio, nempe Burgundiæ Palatinæ Comitatus,

tatus, & ea pars Allobrogum, quæ nunc Sabaudia dicitur, & Heluetij. Estq; hæc nostra regio veluti quodam propugnaculum aduersus vniuersam Germaniam. Habes quidẽ in tuo regno alios fines, alios limites, vtpote Normaniam ac minorẽ Britanniam, quæ sitæ in confinio à tuo regno arcent Anglos, sed inter vtramq; intercedit Oceanus, qui nõ solum est eis instar fossæ, sed etiam propter quotidianum, qui bis in die fluit & refluit maris æstum, est loco natiui alicuius speculatoris. Sed est vtriq; vnus tantum hostis obiectus, cum quo si pax facta fuerit, tota ea regio erit in tuto. Picardia quoq;, quæ est pars Galliæ Belgicæ, est in confinio Flandriæ, & cæterarum vicinarum regionum, quæ omnes parent vni Principi. Narbo quoq; opponitur Hispaniæ, quæ est etiam in vnius Principis ditione, & tamen eam reddit tutiorem mare mediterraneum & mõtes Pyrenæi. Sed tuæ Burgundiæ oppida in confinio sita,

nullo na-

nullo naturali nec maris, nec mon/
tium propugnaculo munita, non v
ni ſolum Principi, ſed multis obſi/
ſtunt, & maxime Germanis, quo/
rum diuerſi Principes & dominato
res tibi ſemper iure fuere ſuſpecti:
& Heluetijs, quorũ aliena Reipub.
regendæ ratio, quæ eſt veluti anar/
chia,& huic monarchię maxime for
midanda. Sunt propemodum cen/
tum anni Rex Chriſtianiſs. ex quo
tui ciues & incolæ, & ij maxime,
qui ſunt ex tertio ordine, nempe ex
plebe,ſuis ſumptibus;impenſis & la
boribus, diu noctuq; dant operam
in præſidio tenendis & cuſtodien/
dis oppidis,& ſua fidelitate hanc ti/
bi integram & incolumem conſer/
uarunt regiõem,nullo ferè tuo ſum
ptu: cum propter præſidia quę ſunt
in oppidis, nihil omnino impendas,
ſed tantum propter Magiſtratus, q
ius dicẽtes adminiſtrant Rempub.
Tertius ergo, nempe plebis ordo te
vult eſſe admonitum, non ſine ſuo
magno dolore, ô Rex Chriſtianiſsi/

 me,

me, fieri non posse, amplius vt hanc ipsi tibi per se tuam conseruent re/gionem, si permittas, vt in ea duæ locum habeant religiones. Nam etsi altera non sit exercenda in oppidis, si tamen Catholici viderint aliquos ex suis vicinis aperte deficere ad se/ctam contrariam, & resciuerint eos ex oppido proficisci ad audiendam concionem, & facienda cætera quæ sunt huius, quam prætexunt, religi onis, quis dubitat fieri non posse, vt inter eas vlla vnquam sit cõcordia? Non potest enim mentiri verbum Dei, quod testatur, iustitiæ nõ pos/se esse partem vllam cum iniquita/te: nec luci cum tenebris, nec posse esse pacem inter Christum & Beli/al: nec societatem inter fidelem & infidelem. Quilibet ergo eum exi/stimabit hæreticum, qui erit in alte/ra quàm ipse sit opinione. Quilibet censebit se esse Christi, qui autem cõ trà censerit, esse Belial. Quilibet pu tabit iustitiam stare à suis partibus, ab aduersa autem iniquitatem. Que nam er/

Nõ posse inter eos qui diuersæ sunt religiõis vnquam coalescere cõcordiam.

2. Cor. 6.

nam ergo erit inter nos societas?

Et si propter vrbis custodiam aut noctu, aut interdiu in militari manendum erit statione, quemadmodum inter nos poterit conuenire? Quemadmodum parere poterint duo qui sunt diuersę religionis, duci, qui alterutrius, non autem vtriusq; sequitur religionem? Totus enim hic Senatus & tu Rex Christianiss. optime intelligis, fieri nõ posse, vt ad effectum perducatur quod iubet dux exercitus, seu inuadere, seu se defendere oporteat, nisi primum milites, quos parere conuenit, sint concordes ad parendum: & vnius inobedientiam plus adferre incommodi, quàm centum qui parẽt commodi. Quomodo enim in triremi nisi omnes remiges inter se conueniant nihil recte procedit, plusq; nocet vnus qui inhibet, quàm prosunt centum qui remos trahunt: ita etiam in disciplina militari, quantũuis parua discordia, est maximi momenti. Quanto magis autem, quæ

erit inter nostros ciues longe maxi-
ma de religione dissensio, adimet e-
is omnem potestatem ac rationem
vrbem muniendi præsidio pro con-
seruanda hac nostra regione: ma-
xime cum ij, qui erunt alieni à reli-
gione ducis, nũquam syncerè & ex
animo sint ei parituri, maximo cha-
ritatis vinculo, nempe religione, ru
pto ac dissoluto.

Grecorũ & Romanorum in suscipiendo bello Imperatoris consuetudo.

Non ignoras veteres Gręcos & Ro
manos, vt lubentius & alacrius pa-
rerent milites, nunquam vllam su-
scepisse belli expeditionem, priusquam
dux exercitus toto præsente exerci-
tu sacrificasset, & vt Latini loquun-
tur, nisi prius litatum esset. Quod
quidem prudentissimo fiebat cõsi-
lio: propterea quod hæc religio ve-
luti quoddam vinculum inter ducẽ
exercitus & milites, eos duci coniũ-
gebat, & efficiebat vt parerent, vt
qui timerent ne Deo pœnas darent
si violato iureiurando, quo se ob-
strinxerant, ei nõ obedirent. Sed ho-
die quando in vna vrbe duo erunt
populi

populi diuersæ religionis, quodnã sacrificium faceret dux exercitus? quasnam preces concipiet? quid a- get pertinens ad religionem quod non negligatur ab alterutris, qui eũ pro hæretico habebunt aut infideli? Hoc iam diu ab hinc mouit ô Rex Christianissime Præfectos præcipu arum vrbium tuæ Burgundiæ, vt in hoc tuo Senatu protestarentur, si decerneretur à Senatu vt in eorum prouincijs esset libera duarum reli- gionum exercitatio, se non posse ti- bi præstare quam iurarunt tuæ re- gionis custodiam. Quamobrem o- porteret ei rei magnis impensis pro uideri: neq; tamen vnquam tam cer tam ac fidelem futuram custodiam, quàm cum hoc munus suscipiunt ci ues, quorum maxime interest.

Has factas esse protestatiões iam diu ab hinc tuus tibi significauit Se- natus, & nunc rursus significat, pro- pterea quod maiora incommoda vi deat ex hoc edicto, quàm ex edicto Ianuarij mensis quod abrogasti. In

qua enim ſuſpicione, metu, ac perturbatione verſabuntur Catholici priſcæ religionis, quando videbunt alios ex vrbe diſcedere ad ſuos cœtus, exiſtimabuntq́ eos eſſe profectos ad aperienda ſui præſidij arcana ijs, quos habent pro capitalibus hoſtibus? Maxime cum fieri nō poterit, vt qui ita eunt ad conciones, tuto illuc veniant, cum oppida à quibus diſcedent, remota erunt à loco ad quem vadunt pluſquam duodecim aut quatuordecim millibus paſſuum? Oportebit ergo eos ſi nihil aliud, ire equites, & ijs armis inſtructos, quæ lex permittit viatoribus. Facile ergo ſcient illi qui manebūt, futurum vt eo die in illo pago permulti coeant armati. Quo fiet, vt eis oriatur ſuſpicio, ne conſpirent ad ſuum oppidum diripiendum. Quēadmodum ergo fieri poterit, vt in ijs cuſtodibus qui ſunt ad portas, nō ſit aliquis exoriturus tumultus?

Hic locus, Rex Chriſtianiſsime, cōtinet aliquam dubitationem, quam

qui ſunt

qui ſunt tui tertij Ordinis, nempe plebis, nulla poſſunt ratione expli-care. In aliqua enim alia regiõe quę non eſſet in finibus, aliquid poſſet fortaſſe adferri remedij: Sed in hac tua Burgundia, quæ eſt perpetuo in confinio aliarum nationum, & in qua ſtatuis, vt qui pro cuſtodiendis vrbibus arma geſtare ſolent, ea ſem per geſtent, vt certe ea non poſsint deponere, quin ij ſimul clam patriã in periculum adducant. Fieri nõ po teſt, ſi tuo edicto ſit locus, vt Magi-ſtratus, quibus mandatum eſt hoc munus, non centies in die veniant in ſuæ vitæ diſcrimen, & populus diuiſus, non quotidie veniat ad ar-ma, ſitq́ in magno periculo, ne pe-reat funditus. O beatæ leges, dice-bat diuinus ille Plato, quæ ciuitatẽ vniunt. O bonæ leges, dicebat So-crates, quæ ciues diſsidentes conci-liant, & efficiunt vt concordes ma-neant in concordia. O ſanctæ leges, dicebat Theſeus, quæ effecerunt, vt populus Athenienſis prius per tri-

bus & populos quos vocabant in pagis diuisus in vnam vrbem deducta ita coalesceret & inter se conueniret, vt vno solo præcone clamante, ad concionem omnes simul congregarentur, nec opus esset hos & illos vocare nominatim. Te itaq; supplex rogat tuus populus, vt ei ignoscas, si libere dicit & te admonet, legem quamq; non posse esse non plenam periculo & tumultu, quæ in factiones disiungit ciuitatem: aut si iã in ea sint factiones & dissensiones, eas alit & fouet.

Audisti Rex Christianissime, quanta pericula creentur Regibus ex huiusmodi legibus, quæ duas tolerant religiões: cuiusmodi est hæc, quæ lata est in præsentia. Sed præterea populus tuus tibi supplicat, vt ex historijs recorderis, quod quãdocunq; latæ sint huiusmodi leges, omnia fuerunt referta seditione, tumultu, & perturbatione, imo vero Reipub. ruina & euersione. Huius

Seditiões in plebe ex diuersa religione.

rei e-

rei exempla sunt satis frequentia.
Sed satis erit, si vnum aut alterum
recitem, quod fuit vnius ex Impe-
ratoribus Romanis. Anno à Chri-
sto nato circiter ducentesimo quin-
quagesimo, fuerunt in Repub. Ro-
mana duæ omnino diuersæ religio-
nes: propterea quòd Imperator clã
esset Christianus, nec id auderet a-
pertè dicere, propter metum mili-
tum & Senatus, qui erant deorum
& idolorum cultores: & tamẽ Chri
stianis liberam dedit potestatem e-
xercendæ suæ religionis inter gen-
tes, quæ erant diuersæ. Quidnam
ergo est ex eo consecutum? Hæc vi
dere licet in epistola Episcopi, qui
tunc erat, Alexandrini, quæ est in-
serta in sexto libro Ecclesiasticę hi-
storiæ: in qua scribit, quòd popu-
lus Alexandrinus quadam veluti
rabie ac furore percitus, quod vide
ret insolitam tolerari religionem,
non expectante vt ei rei prouide-
ret Magistratus, irruerunt in mise-

 ros Chri-

ros Christianos, eosq; per vicos cru-
delissime trucidarunt & mactarūt,
nullumq; in eos seuitiæ genus præ-
termiserunt. Postremo autem ipse
quoq; Imperator Philippus propte-
rea fuit occisus. Quis vero potest
dubitare, quòd si hoc tempore de-
tur facultas liberè exercendæ vtri-
usq; religionis, eis non dissimiles cę-
des futuras & strages: cum hodie
etsi nondum data sit libera vtriusq;
exercendæ potestas, non possit cō-
tineri populus, quin irruat in eos,
quos habet de ista secta suspectos?
Videamus seditiones, quæ fuerunt
Constantinopoli & Alexandriæ eo
tempore, quo diuersitas religionū
Constantini Constantis & Constan-
tij, tolerauit Arianismum & Chri-
stianismum, & quantis propterea
malis affectus sit populus: cuius rei
habemus veluti quandam expres-
sam imaginem apud Nicephorum
libro octauo & nono. Conside-
remus parumper quanta Constan-
tinopo-

tinopoli acciderunt incommoda tē/ pore magni Theodoſij, cuius ſupe/ rius meminimus, eo tempore, quo ad Valentiniano ſecundo opem fe/ rendam tranſijt in Italiam. Cum in terim dum abeſſet, conuenientes A riani, etſi eis minime liceret congre gari, ſparſerunt hunc rumorem, q̄d ipſe & eius exercitus fuſus eſſet & profligatus. Quot malaꝰ quot tur/ bæꝰ quot ſeditiones ex eo euene/ runtꝰ quam multæ cædes bonorum virorum Chriſtianorum factę ſunt ab hęreticis, dum vtriꝗ erant ſimul permiſtiꝰ Quid dicemus de cæde boni Epiſcopi Euſebij, qui ingredi/ ens Dolicham vrbem Aſiæ, ab A/ riana muliere fuit interfectus, con/ iecto in eum lapideꝰ Nonne ſunt a/ lia exempla innumerabiliaꝰ quæ q/ dem referre minime erit neceſſari/ um, cum ipſa iam didicerimus ex/ perientia, quòd duæ opiniones, de quibus nunc agitur, vt miſceantur in Repub. ita ſe inuicem patiantur, vt dum

Hæreticorum crudelitas cōtra Catholicos.

vt dum altera alteram censet esse hę
reticam, se vero Christianam, ab v/
trisq; nullum prætermittitur gen⁹
crudelitatis. Quot inhumana & im
mania facinora fuerunt admissa, &
adhuc admittuntur ab asseclis nouæ
istius religionis aduersus Catholi/
cos in ijs locis, in quibus fuerunt su/
periores viribus? Rursus contrà,
quàm multę factę sunt cædes vbiq;,
hoc prætextu, quòd ij, quos indicta
causa, & citra vllum iudicium inter
fecit populus, ab illis iudicantur hę/
retici? Quid, Rex Christianissi/
me, prohibebit vt sanguis tuorum
ciuium ita temere effundatur? Tu/
um consilium, vt tua testantur edi/
cta, non patitur, vt teneræ tuæ æta/
tis historia fœdetur sanguine tuo/
rum ciuium: & permittes, vt per/
missa insolitæ religionis exercitati/
one, ciues tam priscæ quàm recen/
tis religionis, se clam mutuis cædi/
bus conficiant, & nouo hoc edicto
plus sanguinis Francorum effunda/
tur vno

tur vno anno, quàm effuſus eſſet decem annis, ſi ſolitum ſuum curſum ordinaria tenuiſſet iuſtitia?

Tuus Burgundiæ populus, ô Rex Chriſtianiſsime, abhorret ab omni huiuſcemodi crudelitate & inhumanitate, Deoq́ agit gratias, quòd cũ TAVANI præfecti ſui virtute, tum tui Senatus prudentia & conſilio, ita ſit gubernatus, vt nullas cædes viderit: & quamuis duæ ex noſtris ciuitatibus, malo inductæ conſilio, defeciſſent, ſine ſanguine tamẽ ſunt recuperatæ, & in eis hodie ſunt omnia pacata & tranquilla. Tota hæc pax & tranquillitas non eſt aliunde profecta, quàm quòd edictum Ianuarij non fuerit publicatum in noſtra regione, & in ea non fuerit niſi vna tantum religio, quam nos ſolam veram cenſemus. Quid ergo opus eſt, ô Rex Chriſtianiſsime, vt labores in danda nobis alia forma adminiſtrationis?

His accedit, quòd tertius ordo

huius

huius tuæ Burgundiæ à te supplex petit, hac in re vt consideres, quòd si alijs in locis multum fuit crudelitatis, in Burgundia certe futurum sit longe amplius. Plebs enim nostra maxime cōstat ex operarijs, qui laborant suis manibus, stantq; in nostris vrbibus multi vinitores homines plane agrestes, & quibus nihil sapit præter mores quos à teneris imbiberunt, & in quibus sunt educati, qui, fieri non potest, vt auertantur à zelo antiquæ pietatis. Omnes ij ferè in diem viuunt, nec de amittendis facultatibus, quæ nullæ sunt aut non magnæ, sunt valde solliciti, nec tamen facilè nouis legib⁹ contineri possunt in officio, quamuis cæteris regionibus Franciæ: propterea quòd vicinæ nationes quæ nostris non reguntur legibus, tutū illis præbeant aditum quo se recipiant: Dicuntq; rectores ciuitatum, quòd fieri non potest, vt posint obsistere quominus occidantur, qui audebunt

debunt præ se ferre se istius esse se-
ctę, & velle ire ad hos nouos conci-
onatores, si permittatur nouæ hu-
ius sectę exercitatio. Huius rei iam
reipsa vidimus aliqua initia, de qui-
bus anno iam elapso factus es certi-
or, quæ non poterant alia ratione
reprimi, quàm eos à se inuicem se-
parando. A tuo itaque Senatu suppli
ces petierunt, vt tantisper differat,
dum tibi suppliciter offerat admo-
nitionem & æquissima postulata.

Hoc tuum editum est edictum, vt compescendis prouideretur tu-multibus: At in Burgundia nulli iam sunt tumultus, sed sunt omnia pacata & tranquilla. Cur ergo vis nobis eam dare legem, quæ tumul-tus sit importatura? Maxime cum in hac tua Burgundia, Reipub. ad-ministratio & prima iurisdictio e-xerceatur non à tuis Magistratibus, vt in aliis regionibus Franciæ, sed ab his, qui vocantur Maiores, qui e-liguntur ab vniuerso populo, nulla

habita

habita ratione cuiusuis conditionis personarum? Propter autem has electiones necesse est vt semel quotannis totus populus conueniat in comitijs. Hic ergo conuentus poteritne commode fieri, quando totus populus fuerit ita diuisus? Videre licet in historijs, quos tumultus & seditiones afferent veterum Episcoporum electiones, cum essent eligēdi à duobus populis diuersæ religionis. Quemadmodum ergo fieri poterit, vt hoc malum nobis non renouetur? Præter hæc omnia dicunt etiam, quòd tuæ Burgundiæ precipuum & maximum intercedit commercium cum Burgundia Palatina, quam vocāt Comitatum, suntq; & fuerunt à priscis vsq; seculis hæ duę regiones adeò vnitę, vt neutra stare posset absq; altera; adeò vt quęcunq; bella inter se gesserint Reges Francię & Hispanię, (quorum sunt hę duę regiones, nempe Francię regis tua Burgundia, & Hispanię, regis Comitatus,) habitę tamen sunt

quod

quod ad bellum attinet tanquam neutræ, & à belli inuicem incursio/nibus semper fuerunt immunes, vt populus cuius vna pars non possit viuere sine altera, & tanquam vni/us corporis duo membra, quorum alterum non potest durare, ni ali/menta & refectionem accipiat à vi/cino.

A te ergo supplex petit conuentus trium Ordinum, huius tuæ, quę inter pares est prima, Burgundiæ, vt huius suæ postulationis & admoni/tionis habeas rationem. Ea enim est eis tanti momenti, vt durare non possit si ea negligatur. Neutræ au/tem esse non poterunt, nec poterit eis esse deinceps vllum commerci/um inter se, si recenti religioni lo/cus sit vllus in Burgundia. Nam in/colis Comitatus Burgundiæ ex edi/cto regis Catholici interdictum est commercium cum omnibus vici/nis, qui priscæ religioni sectam se/quuntur contrariam, & maxime

cum Gebennenſibus, & ob id no/
biſcum quoq; eis fuerit interdi/
ctum commercium, cum fuerimus
permixti. Neq; enim poterit exter
nus ſeparare inter nos, eos qui ſunt
ſuæ aut alterius religionis.

His accedit, quod Archiepiſco/
pus Biſuntinus, qui eſt inter pri/
mos in illo Comitatu, & qui refer/
tur in numerum Principum Impe/
rij, queritur, quod in locis tuæ diti/
oni ſubiectis multos habeat ſubie/
ctos ſuæ iuriſdictioni Eccleſiaſticæ,
in quibus poſtulat, vt ex illius legi/
bus ſibi liceat ſuam exercere iuriſ/
dictionem. Diſertis itaq; verbis ex/
preſſas ſuas miſit proteſtationes nō
ſolum ad Senatum, ſed etiam ad Cō
uentum trium Ordinum, quæ no/
bis videntur non paruam habere
probabilitatem. Nam reuera Ar/
chiepiſcopus Biſuntinus non ratio/
ne ſuæ authoritatis Metropolitanę,
ſed ratione ſuę Diœceſis habet plus
quàm ducentas parœcias, quæ tuæ
Burgun/

Burgundiæ Senatus in causis ciuili-
bus subeunt iurisdictionem: in qui-
bus dicit æquum esse, sibi licere vt
curet obseruari ordinem & admini
strationem Ecclesiasticam ex consti
tutionibus Ecclesiæ Catholicæ, quę
non permittunt, vt sint duo mini-
stri aut prædicatores, quemadmo-
dum diximus fuisse definitum in
Concilio Nicæno. Si itaq; publice-
tur hæc tua declaratio, diminuetur
& impedietur eius iurisdictio, &
quod ad ipsum attinet, neutralis cũ
Comitatu Burgundiæ, quemadmo
dum eum esse debere disertis ver-
bis expressum est, amplius esse non
poterit. Idipsum dicendum de to-
to Comitatu Carolitano, qui est in
tua clientela: in eo enim Comitatu
dominium habet Rex Catholicus,
qui quod ad te attinet, non debet es-
se peioris conditionis, quàm domi-
ni prædiorum, qui sunt in tuæ Re-
giæ Coronæ clientela, quibus cum
adeò fauendum esse dixeris, vt nul-

 lam,

lam, si velint, nouæ legis prædicati
onem patiantur in suis prædijs, quemadmodum fieri poterit, vt vl-
lam admittas in eo Comitatu Caro-
litano prædicationem, nisi tuam le-
gem prius violes? Quod si non ad-
mittas post huius legis publicatio-
nem, quemadmodum fieri poterit, vt nulli oriantur tumultus, cum ea regio vnam contineat præfecturam quam Duatum vocant, in qua tuo continetur edicto vt sit locus desti-
natus exercitationi nouæ religiõis? Sed nimium insistimus his conside-
randis, quæ pertinent ad externos, cum tuorum ciuium dolores & per
plexitates sint tibi longe propinqui
ores: quas te suppliciter rogant vt resoluas & expedias. Si necesse esset omnino hoc tuum publicare edi-
ctum, quomodo fieri posset, vt in ciuitatibus nulla accideret pertur-
batio, cum futurum sit, vt hac rati-
one priuatæ quoque domus pertur-
bentur & confundantur?

Etiam domos priuatas diuersitas religionis euertit.

Conti-

Continet enim inter cætera recens hæc doctrina, dissolui posse matrimonia, altero ex coniugibus id postulante, si alteruter se separarit à sua doctrina, & nolit eam sequi. Constat autem propter hãc causam iam multa separata fuisse matrimonia, quæ facile possumus nominare, nisi vereremur iniuriam facere illis familijs. Quando ergo erit aliquid propter quod mulier queri posſit de marito, quid erit facilius, quàm prætexere causam religionis & separationis, vt nubat alteri vidente & inuito priore marito in eadem ciuitate? Quomodo autem hic poterit transigi absq; horrendis tumultibus? Est enim innata vnicuiq; vehemens affectio ad conseruandum integrè matrimonium. Hoc certo ipsa docuit experientia, quòd ex huiusmodi causa ortum est Gottorum exitium, nempe ex soluto matrimonio propter sectam Arianam, vt refert Procopius author fide dignus.

Diuortia multa inter nouatores religionis.

Gottorũ exitij causa.

Præterea necesse habebit pater tolerare filium, & herus famulum, quorum lex & fides erit suæ contraria. Necq; enim tuum permittit edictũ, vt quisquam vlli posſit propter religiõem exhibere negocium. Quod quidem eſt plane intolerandum, cũ dicat Græcus Poeta.

Tresq; suis domibus stant oẽs sceptra tenẽtes.

Quod quidem eſt veluti quoddam fundamentum omnis disciplinæ, tã priuatæ quàm publicæ: qua ſublata, ruant omnia necesse eſt. His accedit, quod adhuc in armis eſt Lugdunum, nec tuam legem vult admittere. Quod ipsum quocq; audimus de Delphinatu, vbi fertur adhuc esse validus exercitus. Quemadmodum ergo fieri poteſt, vt Burgundia tuum publicet & obſeruet edictum? Si publicemus, ecce protinus ad portas adſunt hoſtes, qui volunt rurſus ingredi, & vrgent vt liceat eis ſuas habere conciones.

Quid? edicto promulgato obſtabimus q;

mus q;

mus quominus ea exequantur quæ pertinent ad istam tuam legem, quã nos approbauerimus? Si obstemus, quis præstabit vt non accusemur rebellionis? Sin autem permittimus, quis non videt tuam Burgundiam mox futuram extra potestatem & iurisdictionem tuorum Magistratuum, ac nisi Deus prouideat, extra regni tui administrationem: cum ij ipsi, qui arma cæperunt, vt se à tua lege eximant, erunt potentiores in vrbibus, quæ non alia ratione fuerunt tibi conseruatæ, quàm quod ipsi ex ijs fuerint eiecti. Pareant ergo primi Lugduneñ, deponant arma vicini nostri Delphinates: pellãtur ij qui tenent portum Gratiæ & arcis Normaniæ, tunc tuto deliberabimus de publicando edicto quod à nobis postulas. De quo quidem nõdum potuimus satis cogitare, propterea quòd nostra consilia sint perturbata armis hostium, quorum audimus strepitum, & quòd ab ijs acci

pimus & sentimus incommodum. Non sunt externi ô Rex Christianissime qui contra nos arma ferunt. Non sunt, inquam, externi, sed tui ciues & regni tui incolæ, quibus potes & debes imperare. Cur ergo nõ coges eos prius vt arma deponant, cum omnes tuarum curiarum Senatus in hoc cõsentiant? Si arma deposuerint, quinam externi tibi poterint resistere, cum tibi bene conueniat cum vicinis?

Conclusio Hæc sunt, Rex Christianissime, quæ Conuentus trium Ordinũ Burgũdiæ, & fisci tui procurator in hac regione in tuo Senatu retulerunt et considerarunt, quorum habita ratione, à te petunt supplices, vt statuas, ne quid in tua Burgundia innouetur: rogantq; vt in bonam partẽ accipias zelum, quem habent ad vnam suam conseruandam legem, & tuam qui es vnus Rex eorum: congruenter Dei præcepto, cuius Spiritus apud Hieremiam prophetam propo-

proponit Israelitis exemplum po-
puli insularum Cethim, (qui quidē
sunt Itali) qui à tempore Noe quem *Itali con-*
Ianum vocant, nunquam suam mu- *stantes in*
tarunt religionem, & volunt sibi *religione.*
hanc conseruare gloriam, quòd eā
nunquam mutarint, ex quo ab eis
fuit accepta, vt ita comprehendan-
tur in Dei benedictione: conueniē-
ter alteri benedictioni, quæ data fu
it domui Rechabitarum, propterea
quòd suorum maiorum obseruassēt
traditionem, nempe quòd vinum
non bibissent, & intra ædes non cu-
bassent. Supplices itaq; rogant, vt
eos excusatos habeas, & quod vehe-
mentissime postulant, id concedas,
quod quidem existimant ad conser-
uandam tuam amplitudinem esse
necessarium. Quare tibi, Rex Chri
stianissime, offert, & semper obtu-
lit, tuorum ciuium obedientiam for
tunasq; suas omnes & corpora vsq;
ad extremam guttam sanguinis, ad
tuendam ac protegendam Christia-
nissimam

nissimam tuam coronam, ex traditione, lege, & institutis tuorum maiorum. Quamobrem tuus Burgundię Senatus tibi significat, quòd propter eas rationes, quæ tibi sunt recitatæ, quæ ei visæ sunt valde cōsiderandæ, existimant esse differendam edicti publicationem. De quo rogant vt statuas q̄d tibi visum fuerit.

Finis.